



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

5. An sit novum, vel majus peccatum illud, quod ipsa die Communionis
committitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

stomacho mediocri, spatio minuti unius horæ, hoc est, in sexagesima parte unius horæ, & maiorem hostiam cum vini speciebus quæ solent sumi à Sacerdotibus, corrumpti spatio semiquadrantis horæ, vel certè quadrantis. Hæc ex Delugo. Ex qua doctrina colligere aliquis duo posset. Alterum id quod dixi arguere post mediam horam sacrum orbem evomente, fuisse valde per accidens: alterum provocari vomitum etiam ante transactam horam, sine irreverentia posse. Sed certè hæc non sunt facile colligenda, tum quia non est certum, Hostiam laicalem vel maiorem digeri eo temporis spatio, quo dictum est: tum quia, vis concoctrix cum à stomachi calore, & robore pendeat, idque in variis personis pro circumstantiarum varietate sit varium, non videntur resolutiones ei principio nixæ adeo securæ, ut sine peritiorè disquisitione vel excipi, vel in praxim deduci debeant.

5. Dixi iterum (regulariter) quia in casu veneni licet evomere etiam statim à Communione. Quando enim moveretur quis, quod species à se sumptæ venenatæ fuerint, poterit statim. Et quidem tunc de iis adaptari poterit illud, quod in simili dixit S. Thomas in 3. part. q. 83. artic. 6. ad 3. *Calix vite verti in mortem non debet.* Idem propter paritatem rationis esset, si venenum fuerit immixtum ablutione, vel quocumque cibo, quem quis post Communionem sumpserit.

6. Sed quid, si Fidelis jam proximè Eucharistia refectus incidat in febrim, vel similem morbum, propter repletionem v.g. dici externi, ac Medicus vomitum consulat: vel ipsemet experientia novit vomitu sibi sedari malum consuevisse? Dico, si grave sit malum, ita ut non statim à Communione evomat, iure timeatur mors, vel gravissima infirmitas; eandem esse rationem, ac de veneno: jam enim vicem veneni gerunt ij pravi humores in stomacho: casum tamen rarè evenire in facto posse censo. Regulariter ergo erit tamdiu expectandum, quamdiu iudicabitur sacras species in stomacho fuisse corruptas, ut modo dictum est n. 4.

5. V. An sit novum, vel majus peccatum illud, quod ipsa die Communionis committitur.

7. **E**O die, quo communicas, diligentius in virtutum actibus te exercere, decentius esse, quis ambigit? At nec esse novum peccatum, nec mortale saltem aggravari illud, quod eo die patitur, quo communicasti; mihi, & omnibus certum esse debet: citra enim contemptum (cum quo semper esset novum mortale) unde addi possit tam rigorosa gravitas non apparet.

5. VI. An post peractam Communionem liceat eodem die ad uxorem accedere.

8. **E**X bono fine, ut ex amore prolis, vel ad evitandum incontinentiæ periculum, vel ad reddendum debitum, licere non est dubium. Quæstio igitur solum est? an sit veniale debitum petere causa solius voluptatis. Ecce veniale docet Sylvester, Angelus, Beja apud Marchinum de ord. tract. 3. p. 3. cap. 2. num. 16. Nullum esse peccatum tenet Sanchez de matrim. lib. 9. disput. 13. num. 17. & merito: quia, quævis sanum sit consilium eo die abstinere; tamen non est unde prohibeatur: dummodo non fiat statim à Communione: tunc enim magna videretur irreverentia.

9. Dices, idem Sanchez ibid. num. 8. ut nos supra cap. 2. §. 1. num. 5. in fin. citavimus, docet esse regulariter veniale accedere ad Eucharistiam post copulam exactam ob delectationem; ergo per ipsum debet esse etiam veniale accedere ex voluptate ad uxorem post accessum ad Eucharistiam: par enim irreverentia apparet utrobique, vel certè utrobique nulla. Respondet negando adesse parem rationem: nam copula habita ex delectatione solet afferre, ut ibidem diximus ex eodem Sanchez, mentis hebetudinem, magnamque distractionem, quæ voluntaria distractio in bona sententia supe-

rius allata cap. 1. §. 1. n. 13. ab eo qui communicat reverentiam fugienda est: at petacta jam Communionem ad alia negotia sponte distrahere non debemus.

CAPUT V.

De Præcepto Communionis Paschalis.

1. **A**D Sacram Eucharistiam percipiendam præcepto humano, sive divino, obligantur. Præceptum Paschale. *Omnes utriusque, de panis. & remissionis peccatorum.* Quoniam ergo de singulis est sigillatim agendum, facimus à præcepto Communionis Paschalis. Fertur in cap. Omnis utriusque, de panis. & remissionis peccatorum. *Omnes utriusque sexus fidelis, postquam ab eo fuerit discretio pervenerit, semel saltem in anno, communicet suscipiens reverenter, ad panem in Pascha, Eucharistiam sacramentum: nisi forte de proprii Sacerdotis consilio, aut quam rationabilem causam, ad tempus, ab huiusmodi receptione duxerit abstinendum: alioquin, & vivens, & esse ingressus arctetur, & moriens Ecclesiastica caratur.* Hæc Canon Innocentij III. in Concilio Lateranensi, si singulas ejus clausulas breviter percurramus, reia, quæ tunc pertinent, bono ordine explicabimus.

§. I. Omnis utriusque sexus Fidelis.

Vbi, quid de non Baptizatis, Eurgumenis, & similibus.

2. **R**ed (Fidelis) nam Ecclesiæ præcepta non desunt, nec Catechumenos, utpote nondum in Ecclesiam per Baptismum introductos afficiunt. Sed quos cum Delugo de Euch. disp. 16. s. 2. n. 17. potest opinari, non baptizatos, teneri sub mortali baptismum reddere aptos ad Communionem: nihil peccare dupliciter. Primum, quia respondent Baptismum. Secundò, quia capaces se Eucharistia reddere negant. Verum, alios ejusmodi secundum præceptum per etiam scio. Sic Sotus apud eundem, & merito docet præceptum; quod Christus indeterminatè determinandum pro tali, vel tali tempore ab Ecclesia. Cum igitur Ecclesia non determinet pro non baptizatis, qui ad ipsam non pertinent, remanet pro his determinatio, atque adeo nulla obligatio: quidem determinatum obligari potest nemo.

3. Iam verò ut sciamus, quia ex Fidelibus obligentur in Pascha communicare; videndum est quoniam ex iisdem, communicare posse conceditur: ut omnes comprehendit illud. *omnis utriusque sexus.*

De Eurgumenis.

Dubitatur ergo primò, an Eurgumenis communicatio; & consequenter, an sint in Pascha obligandi. Sanè Eurgumenis olim, propter delectationem negabatur communicatio: postea tamen concessa est, ut ex Concilio Arausicano primo can. 14. apud Valey de char. disp. 2. 1. c. 4. semper intellige, dummodo carnis quæ sita non absint, ut nimirum Eurgumenis: deperit, non sit periculum irreverentia, &c.

De Paup, Stolidis, Surdis, Mutis, &c.

4. Dubitatur secundò, an liceat semisensibus omnino, & perpetuò amentibus nunquam, licet à Communionem, ut etiam stolidis: quales sunt in Africa, similesque debilem usum rationis habentes: eo his non esse denegandam, si non sit periculum irreverentia. Ita S. Thom. 3. part. quest. 80. artic. 9. communicet. Idem censo de amentibus, quando aliquod lucis rationis intervallum. Sic Ioan. Sanchez.